

uilla, & alijs ceterarum domorum Ordinis huiusmodi Ecclesijs lepeliri deberent, deferenter, interdicteret, ac de super statuere, & ordinaret, prout de iure foret faciendum.

Institutio per alias litteras Episcopū Parisiensium, & Archiepiscopū Thuron. Commissarios pro excusandis litteris, &c.

§. 2. Et deinde pro parte dilecti filij Francisci de Paula, dicti Ordinis Institutoris nobis exposito, quod fratres Ordinis Minororum potestiam Decani, & Capituli, ac Rectoris praedictorum plurimum formidabant. Nos per alias nostras in forma Brevis literas praefato Parisiensi Episcopo, ac venerab. F. Archiepiscopo Thuronen. ac dilecto filio Abbatii Monasterij S. Saturnini Tholiana Diocesis commisimus, ac dedimus in mandatis, quatenus in premisfis eidem fratribus assisterent, & ad executionem praedictorum, & aliarum quacumque literarum, dicto Ordini per Sedem Apostolicam, aut alias quomodolibet concessarum, & in posterum concedendarum, in quocumque loco, & Diocesi opus foret, ac quoties pro parte Francisci, & aliorum fratrum praedictorum, ac quorumcumque Superiorum, & Correctorum domorum, ac locorum dicti Ordinis requisiti fuissent, procederent, ac Decanum, & Capitulum, necnon Rectorem prafatum, & alios quoicumque priuilegiorum Ordinis Minororum huiusmodi transgressores, vbi cumque pro tempore degentes, etiam extra praedictam, & qualcumque Dioceses, & Frouinias, quoties opus foret, coram eis euocari facerent, & per centuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia compellenter, & competenter, inuocato etiam ad id, si opus foret, auxilio brachij secularium, & sententias, ac censuras ipsas aggrauarent, & reaggrovarent, & alia necessaria, & opportuna facere curarent, alia iuxta dictarum litterarum continentiam, & tenorem in omnibus, & per omnia, perinde ac si haec praedicta a principio eorum cuilibet directe fuissent, ipse in illis Conferuatorum specialiter deputati fuissent, prout in singulis literis praedictis pleniis continentur.

Pauci, jux non confirunt a Generali, vel Capitulo generali, non valent.

§. 3. Cum autem, sicut praefatus Franciscus de Paula nobis exponi fecit, tunc Prouinciales, & fratres dicta domus de Abbatisuilla, seu aliqui ex eis cum Decano, & Capitulo praefatis super tumulandis corporibus defunctorum huiusmodi ad certam concordiam, seu transactionem deuenient, per quam inter alia voluerunt, quod processus premislorum occasione eatenus facti, & qui in posterum fierent, nullius essent roboris, & momenti; Quodq; ex tunc de cetero corpora eorum, qui apud Ecclesiam dicta domus de Abbatisuilla eligerent sepultrorum, ad dictam Ecclesiam S. Vlfrani cum luminaribus deferri, & inibi duabus missis celebratis, & luminaribus, cum alijs funeralibus, iuribus, & obuentionibus eisdem Decano, & Capitulo relictis, ad Ecclesiam domus de Abbatisuilla huiusmodi portari deberent, prout in quadam instrumento publico de super confecto dicitur pleniis contineri. Et quia concordia, & transactio per Prouinciam, & fratres praefatos facta huiusmodi, contra tenorem priuilegiorum eidem Ordini concessio-

rum, & absque licentia, & consensu prefati Francisci dicti Ordinis generalis Correctoris, per Sedem praedictam deputati, sine cuius licentia illae fieri non poterant, & in maximum dicti Ordinis prauidicium facta fuerunt. Idem Franciscus generalis Corrector nobis humiliter supplicari recit, concordiam, & transactionem supradictas, ac sententiam cuimcumque iudicis secularis super premisfis pro Decano, & Capitulo, & contra fratres dicta domus de Abbatisuilla latam, nullas, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse declarare, aliaque in premisfis opportune prouideret de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & vestrum cuilibet praesentium tenore mandamus, quatenus concordiam, & transactionem, ac praedictas, & qualcumque alias, per quoicumque iudices secularis super tunericibus, & quartis, & alijs contra praedictam de Abbatisuilla, & alias dicti Ordinis domos, & illorum fratres haec tenus latae, & in posterum ferendas sententias, nullas fuisse, & esse auctoritate nostra declaratis, & prout de facto processerunt, casletis, & annuletis, ac eisdem Francicico, & fratribus assistendo, priuilegia dicto Ordini concessa obseruae faciat. Quodq; qualcumque conuentiones, per quoicumque dicti Ordinis Prouinciales, & Vicarios generales, speciales, ac quoicumque alias fratres, seu eorum procuratores, vbi cumque, & quomodo cumque, & sub quibuscumque clausulis, & formis factas, concordatas, traniactas, & expeditas, qua per praefatum Francicum, vel succelfores ipsos, dicti Ordinis generales Correctores, seu Capitulum generale dicti Ordinis acceptata, confirmata, & ratificata non fuerint, nullius esse roboris, & momenti declaratis, si, & prout de iure fuerit faciendum.

§. 4. Et pro manutenenda, & conferuanda Regula dicti Ordinis, in qua expressè inhibetur, ne fratres ipsi ultra quinquaginta annos particularia quacumque suffragia in dicto Ordine acceptent, & suscipiant, vt particularia quorumque que dicti Ordinis Fundatorum, & Fundatricum, ad qua ipsi obligantur, suffragia huiusmodi sub omnium dicti Ordinis suffragiorum, & bonorum generalitate suscipere, & acceptare, singulique priuilegijs, gratijs, & indultis omnibus, quoatuer mendicantibus Ordinibus, & eorum cuilibet per Sedem praedictam concessis, seu alias quomodolibet concedendis, & etiam Ordini praedicto iam concessis, & confirmatis priuilegio contestis audiendi, iuxta illius formam, & tenorem, viuis frui, vti, & gaudere valeant.

§. 5. Quodque dicti Ordinis domorum Fundatrices, Fundatrices, Procuratores, & Procuratrices, Tutores, & Tutrices, eorumque vtriusque sexus liberi, necnon dicti Ordinis Conferuatorum praesentes, & futuri, omnium, & singulorum ipsorum ieuiorium, orationum, & sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum bonorum, in toto huiusmodi Ordine Minororum de cetero faciendorum, & recitandorum particeps forent, & illis communicata sint, & esse debeat.

§. 6. Quod-

Quomo-
do fratres
posint se
obligare ad
suffragia ad
quod frat-
tur priuile-
gijs Men-
dicantium
conceden-
dis, &c.

Pe rsonz,
qua p*r* i*u*
legijs Or-
dinis ga-
udent Vide
Capa-
Ro. 7. teli-
9. statut
quod foli
filia Fuda-
tricium, nō
filia filiarum
Monastela
nostra in-
grediatur.